



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

80. An Clericus succedens in bonis laici sit propter illa bona vocandus in iudicium coram iudice laico, ante quem iam incœpta erat? Et an clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, possit à ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immunit. Eccles. Resol. LXXVIII. & c. 137

& sententia ferenda sit contra reum principalem, & Clericus assistens liti propter proprium interesse non reus est proprie, licet forum & partes rei sequi teneatur: ergo &c.

2. Verum contrarium sententiam docet Martha de iuris. p. 4. centur. 1. cas. 35. n. 21. & ita fuisse sapientissime iudicatum obseruat Maranta in speculo p. 3. dist. 11. n. 78. Capycius dec. 167. n. 7. Grammaticus dec. 21. & alij quos citat Squillante de privileg. Cleric. cap. 7. dubit. 5. num. 80. Dicendum est igitur Ecclesiasticos venditores laudatos in actores & defensores debere remitti ad suum iudicem competentem; Clericus enim non potest consentire in laicum iudicem, ut patet in cap. si diligenti, de foro compet. & reuera in tali casu consentiret, nam citatur à iudice laico ad defensionem causæ; & vocatur, & notificatur ut illam defendat, sub pretextu quoddam tenetur ad iudicem, unde necessitate coactus ad iudicium accedit, quæ omnia sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, & opinio contraria tunc esset admittenda, quando Clericus venditor denunciatus canonice coram iudice Ecclesiastico de eius licentia vellet defendere emptorem coram iudice laico.

RESOL. LXXVIII.

An Clerici ex vi statuti laicalis possint conveniri pro iure congrui, vel laicos convenire?

Et an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines, ita ut ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum?

Et explanatur, quod statuta laicorum profunt Clericis licet eis non aequè noceant; unde Clerici possunt vii statutis, & consuetudinibus laicorum quatenus concernunt eorum favorem, non autem contra. Ex part. 3. tract. 1. Ref. 43.

§. 1. Aliqui utrumque affirmant, vide Giurbani decif. 25. num. 10. alij vero utrumque negant, vide Riccius p. 3. decif. 180. n. 3.

2. Sed mihi placet opinio sapientissimi Surdi lib. 1. conf. 2. num. 14. & aliorum asserentium, ius congrui, seu retractus non habere locum in clericis passivè, sed activè tantum & ideo possunt Clerici agere iure congrui contra laicos, non autem laici contra clericos; & ratio est, quia statuta laicorum prolunt clericis, licet eis non aequè noceant, unde clerici possunt vii statutis, & consuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum favorem, non autem contra, ut optimè notat Bald. lib. 1. conf. 3. Crauet. lib. 3. conf. 44. n. 6. & Molfes. in consuet. Neapol. tom. 1. p. 2. 97. n. 41. & tom. 2. conf. 23. num. 7. Franchus decif. 285. num. 5. Abbas in cap. constitutus. nu. 4. de in integ. restit. num. 5. Glossa in cap. novit. vers. quicumque, de iudiciis Hòted. lib. 2. conf. 20. num. 2. Flaminus de Rubeis lib. 1. conf. 2. n. 26. & 27. & alij.

3. Scio circa presentem quæstionem Carol. de Grassis de effect. cler. eff. num. 388. multos casus distinguere, sed tu absolute nostram sententiam tene. Sicut etiam tenendam esse puto in alia simili quæstione, v. g. an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines, ita ut ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum; nam respondeo clericos nequaquam ligari prædicto statuto passivè, sed tantum activè, & sic non posse cogi ad compromittendum; quamvis possint alios cogere, & ratio est, ut diximus, quia clerici gaudent privilegiis laicorum statutariis pro se non autem contra se; & ita hanc sententiam docent plures DD. quos citat, & sequitur dictus de Grassis loco cit. num. 424.

Tom. I X.

quidquid in contrarium asserat Riccius in collect. decif. p. 1. collect. 171. Capycius dec. 66. n. 1. & 5. Borellus de compromitt. §. 1. gloss. 3. num. 224. Thorus in compend. dec. Neap. vers. Clericus, & alij.

RESOL. LXXIX.

An index laicus possit iudicare causam Clericorum, qui heredes sunt alicuius secularis & causa ante eius mortem coram se incepta?

Et an instantia capta contra clericum coram iudice Ecclesiastico debeat continuari contra laicum heredem Clerici coram eodem iudice: Ex part. 1. tract. 2. Resol. 25. aliàs 24.

§. 1. Affirmativè communiter respondent, & tenent Doctores, quos citat, & sequitur D. Carol. de Grassis de effect. cler. eff. n. 282. quibus ego addo Ioan. de Hevia in Curia Philipp. p. 1. §. 5. num. 29. Castillo p. 1. dec. 2. Coriolanus in Bull. Cæn. excomm. 16. fol. mibi 945. Megalam in 3. p. lib. 3. c. 10. n. 59. Grassius in dec. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 128. Rodriquez in summ. nouissima, tom. 1. c. 216. n. 15. Ceuallos tr. de cognit. per viam viol. p. 2. q. 40. n. 9. qui citat plures Iuriconsultos, & Reginald. tom. 1. lib. 9. c. 23. n. 352. vbi sic ait: [Clericus, ratione hereditatis, quam accipit à laico, subicitur foro seculari; & ideo omnes lites, quæ inceptæ fuerint vivente laico defuncto, ipse Clericus hæres coram eodem seculari Iudice prosequi debet. Aliæ autem lites circa bona defuncti, vel actiones, veniunt debent ad Iudicem Ecclesiasticum.] Ita ille.

2. Sed non desunt Doctores, qui contrariam sententiam docent, ut Bonac. de leg. disp. 10. q. 2. p. 1. §. 1. n. 25. & Ambrosinus de immunit. Eccl. c. 20. n. 45. qui asserunt; quod Clericus hæres laici non tenetur coram Iudice seculari prosequi litem iam ceptam contra laicum, cui successit; sed denuò erit super eadem re, vel actione, coram Ecclesiastico conveniendus. Et ratio est: quia militat eadem ratio emptionis, vel si lis sit incepta, vel non. Et sequeretur ex contraria sententia magnum inconueniens, nempe, quod sequuta sententia condemnatoria contra Clericum hæredem laici, ista sententia seruiret de vento, postquam exequi non posset, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, qui, cum non subiaceat eidem Principi, cui subest Iudex laicus, non teneretur dictam sententiam exequi. Vide etiam Marc. Antonium lib. 1. ref. 49. n. 2. vbi probat ex multis, quod instantia inchoata coram Iudice seculari contra laicum defunctum, cui successit hæres Clericus, non continuatur in Clericum, qui debet propterea conveniri coram Ecclesiastico: & hæc sententia mihi placet. Notandum est etiam, quod prima sententia limitatur à DD. citatis multipliciter, ut patet ex Grassio ubi sup. n. 290. & seq. & secundum illam instantia cepta contra Clericum coram Iudice Ecclesiastico, debet continuari contra laicum heredem Clerici eotam, eodem Iudice. Sic docet Riccius p. 4. dec. 118. per totam.

RESOL. LXXX.

An Clericus succedens in bonis laici, sit propter illa bona vocandus in iudicium coram iudice laico, ante quem iam causa incepta erat?

Et an Clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, possit à iudice laico ad illud reddendum cogi?

Et an Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat, teneatur stare sententia à iudice laico lata?

M 3 Et

Sup. hoc in Resol. 137.

Sup. hoc in Resol. 138. & in fine. & in Resol. 139. §. Sed in princ. & in tr. 2. §. 2. & in sequentibus.

ia cite

Et an laicus effectus Clericus in civilibus debeat respondere in iudicio, ubi prius citatus est? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 31.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docent Doctores, quos citauit in tract. 2. part. 1. de immunit. Eccl. Ref. antecessens, & in Ref. seq. Quae hic est cles. resol. 24. Sed tibi adduxi alios negatiuam opinionem docentes, quibus nunc addo Alther. de cens. rom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 1. col. 12. & seq. cas. 3. Bonacina in Bull. Cen. tom. 3. disp. 1. q. 16. punct. 5. n. 18. Tambur. de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 19. n. 27. ubi etiam n. 28. & 29. notat, quod Clericus, qui coram iudice laico recepit depositum, non potest a laico iudice ad illud reddendum cogi, & Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat, non tenetur stare sententiae a iudice laico datae. Et haec omnia nouissime me ipsum citatus tenet Paulus Squillante de priuileg. cler. c. 7. dub. 3. n. 58. 75. & 82.

Sup. hoc late supra in Ref. 72. & infra in Ref. fol. 82. §. 2. post medii. &c.

Sup. contento in hoc §. vlt. infra in Ref. 106.

2. Notandum est tamen hic a fortiori, non esse tenendam opinionem Gab. Pereira tract. de manu Regia in concordatis Regis Alfonsi III. art. 4. n. 38. Barbosa in l. si quis postea quam ff. de iudiciis, num. 203. & aliorum asserentium de iure esse, vt laicus effectus clericus in civilibus respondeat in iudicio ubi prius citatus est. Sed tu tene contrariam sententiam cum Marta de iurisd. cent. 1. cas. 34. n. 14.

RESOL. LXXXI.

An Ecclesiasticus haeres laici defuncti in saeculari iudicio conueniri possit?

Et si Ecclesiasticus Clericus succedens laico possidet rem specialiter hypothecam, an ratione hypothecae possit conueniri coram iudice saeculari? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 21.

§. 1. Affirmatiue respondet Pereira de manu Regia part. 2. cap. 30. num. 6. quia Clericus haeres laici in proposito proponitur successor laici defuncti, cui nullum priuilegium competeat, cumque successoris priuilegium non ad praeterita trahi possit, sed ad ea quae subsequuntur, inde fit quod Clericus successor laici litem prosequi tenetur, ubi defunctus cui ipse successit, citatus proponitur.

Quae hic est sup. Ref. 79. & in Ref. 80.

2. Sed sententiam negatiuam tenendam esse puto cum Doctoribus, quos ego ipse citauit in 1. part. tract. 2. resolut. 24. cui nunc addo iterum Bonacina in Bulla Cen. disputat. 1. quest. 16. punct. 5. num. 18. qui citat Felinum, Abbatem, Imolam & Rotam Rom. Idem Duardus in Bulla Cen. can. 15. num. 3. Altherius de cens. lib. 5. disputat. 16. cap. 1. col. 12. & seq. cas. 3. Belletus part. 1. disquisit. Cleric. fol. 274. num. 6. Molfesius in consuet. Neapolit. part. 2. quest. 8. & cum multis aliis, me etiam citato, Paulus Squillante de priuileg. Cleric. c. 7. num. 58. qui optimam adducit rationem penos ipsum videndam, praeter illam, quam ego in citata resolutione adduxi; cui nunc aliam addo, quia cum Clericus non posset coram laico conueniri, si lis nondum inchoata fuisset, vt concedunt aduersarij: ergo neque conueniri poterit lite inchoata. Probo consequentiam, quia praeventio laici iudicis non tribuit ei potestatem, neque potest tribuere aduersus Clericum, nec potest derogare potestati Ecclesiasticae.

Sup. hoc inf. in Ref. 89.

3. Notandum est etiam hic obiter a fortiori quod si Clericus succedens laico, possidet rem specialiter hypothecam, ratione hypothecae non potest conueniri coram iudice saeculari. Ita docet Antonius de Ripol de iurisd. omn. iudic. cap. 1. n. 192.

RESOL. LXXXII.

An iudex laicus possit facere realem executionem sententiae a se latae, contra Clericum in casibus, in quibus sibi a iure cognitio permittitur. Et alia circa hoc inferuntur in corpore huius Resolutionis. Ex part. 3. tract. 1. Ref. 4.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Salgado de potest. Reg. tom. 2. part. 4. cap. 14. n. 96. & alij penes ipsum, quia eodem modo, quo cognitio causae pertinet ad saecularem, ita etiam executio in temporalibus debet ad eum pertinere.

Sup. hoc in Ref. seq. & infra in eius not.

2. At haec sententia prorsus est reiicienda, & negatiuam sustinent DD. quos adduxi in 1. tract. de immunit. resol. 21. vnde bene aduertit Bellet. in disquis. Cleric. tit. de fauore Clericorum reali, §. 3. n. 3. cum aliis, quod si Clericus in causa reconuentionis condemnaretur a iudice saeculari, tunc executio sententiae fiet, non per iudicem saecularem, sed per iudicem Ecclesiasticum, & ideo contra Salgadum ubi supra, n. 90. & 91. dato & non concessio, quod iudex saecularis possit ordinare depositum, & sequestrum esse a Clerico per ipsum electo restituendum, tamen executionem supradictae sententiae esse a iudice Ecclesiastico faciendam omnino asserendum esse censeto, & docent communiter DD.

Quae hic est supra Ref. 72. & infra in Ref. seq. &c.

3. Ex his etiam apparet non esse audiendum Virillum in add. ad dec. 331. Afflict. & nostrum Giurbam virum amicissimum, & doctum asserentes rem litigiosam in Clericum lite pendente alienatam, posse ab eo auocari per iudicem saecularem, & in eum directo fieri executionem sententiae latae ab eodem iudice. Et ita docet aduersus dictos DD. Vincentius de Franchis dec. 549. num. 11. cum aliis.

Sup. hoc late in Resolutionibus not. praeteri. & sup. in Ref. 80. §. 1. cursum ad med. ubi in tom. 6. n. 9. Refol. 74. §. 1. eod. modo. & §. Nec sustinetur.

4. Facit etiam pro doctrina praesentis resolutionis, id quod notat Gentensis in praxi Archiep. c. 11. & Martha de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 104. num. 9. & cas. 123. num. 4. & part. 1. cap. 50. num. 54. vnde caute circa supradicta legendus est noster Don Carolus de Grassis de effect. cler. effect. 1. a. n. 791. Guilielmus de Benedictis in cap. Raynatus, vers. & uxorem dec. 2. nu. 147. Trentacinq. qq. forens. lib. 1. quest. 79. caute etiam legendus est Barbosa in l. si quis posteaquam, ff. de iudiciis, n. 165. ubi ex l. quadam, de iurisd. omn. iud. docet quod iudex, qui est competens ad condemnandum, est etiam competens ad exequendum. Sed tu tene nostram sententiam.

RESOL. LXXXIII.

An iudex laicus possit exequi suam sententiam contra bona Clericorum in casibus, de quibus in iudicio saeculari actum est? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 3.

§. 1. Hoc esse licitum de iure communi docet Pereira de manu Regia part. 2. cap. 51. nu. 1. ubi sic ait: Si Clericus in iudicio saeculari contra se sententiam reportauerit mandato eiusdem iudicis saecularis, in eius bonis fiat executio, quod de iure communi comprobatur. Sic ille.

2. Sed hoc de iure communi esse illicitum probauit in part. 1. tract. 2. resolut. 21. & part. 3. tract. 1. resolut. 4. cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Bonacina in Bull. Cenae disp. 1. quest. 16. sect. 1. punct. 4. §. 6. n. 8. & Paulum Squillante de priuileg. Clericor. cap. 7. dub. 3. num. 74. ubi sic asserit. Est aduertendum, quod licet in casibus de iure permittis, & ubi viget consuetudo, reconueniatur Clericus apud iudicem laicum;

Ref. 1. citata in hoc tract. hic est sup. Ref. 72. infra in h. c. est antecessens, & sup. hoc supra in fin.